

« Marchionatus cujusce titulum in pheudum illud quod acqui-
 « veris, transferre possis idemque jus ad haeredes tuos et ex lege
 « successores transmittere. Ex ea ergo die 13 kalendas decembris
 « anni 1791 te pro Marchione de Costantino et Leoni haberi vo-
 « lumus, tuosque haeredes et successores tibi et illis ut cum verbis
 « tum scriptis Marchionatus titulo utemini, eoque honore perpe-
 « tuo potiamini, ex hoc tempore et privilegiis omnibus, titulis,
 « dignitate, immunitate, juribus, sessionibus, prerogativis quibus
 « caeteri Marchiones citerioris Siciliae uti, frui, donari in aula,
 « in Comitibus, in cetibus, in iudiciis, quocumque in loco, quo-
 « cumque tempore consueverunt donec regnorum nostrorum legi-
 « bus praecepta, servitia, fidemque prestabitis, nobis nostrisque
 « in Regnis utriusque Siciliae successoribus. Quamobrem illustri-
 « bus, spectabilibus, nobilibus, magnificis et dilectis consiliariis
 « nostris magnis, Camerario, Protonotario, Justitiario eorumque
 « vices gerentibus, Camerae S. Clarae, Consilio Capuano, Praesi-
 « dentibus Camerae Summariae, Regentibus et Iudicibus Magnae
 « Curiae Vicariae, Thesaurario Generali, Advocatis et Procurato-
 « ribus Fisci, maxime vero Principibus, Ducibus, Marchionibus,
 « Comitibus, Baronibus, aliisque officialibus regnorum et Statuum
 « nostrorum quocumque munere, ministerio, magistratu, officio,
 « potestate, jurisdictione fungentibus, praesentibus et futuris, prae-
 « cipimus et mandamus ut statim ac viderint diploma hoc nos-
 « trum, quae in eo continentur servant, tueantur, servanda cu-
 « rent erga qui deinceps illustris Marchio de Costantino et Leoni
 « appellaberis Joseph Costantino, tuosque discendentes et de jure
 « siculo successores te et illos pro Marchionibus habentes, exci-
 « pientes, sciantque inoboedientibus indignationem nostram et poe-
 « nam ducatorum neapolitanorum mille ipso jure ipsoque facto
 « subendam herario nostro inferendam. Volumus denique hanc con-
 « cessionem nostram vim investiturae habere, et quo ab omnia
 « jura valere quocumque tempore, quocumque in loco nullo alio
 « expectato statim ac nos ipsi patentibus his litteris nostris sub-
 « scriverimus, secretarius noster status Gratiae et Justitiae reco-
 « gnoverit, signum nostrum impressum fuerit, Protonotarius nos-
 « ter citerioris Siciliae easdem viderit, Secretarius Camerae Sanctae
 « Clarae ejusdem Regni et Protonotario visas recognoverit, Per-
 « ceptor denique ejusdem Camerae exegerit et exegisse scripto
 « testatus fuerit. Qua ex causa hujus concessionis sunt exigenda—
 « Datum Neapolis die 13 mensis decembris 1791. Ferdinandus. Xa-
 « verius Simonetti. Praesentatum Panormi die 6 Januarii 1792 et
 « Excellentia Sua mandat quod illustris Regius Consiliarius Con-
 « servator Regii Patrimonii recognoscat et referat. Placidus Visalli
 « subs. Magister Notarius ecc. ecc. Excellentia sua mandat quod
 « fiant executoriae. Hyacinthus Dragonetti Conservator.—Perciò in
 « esecuzione di quanto la prefata Maestà Sua ordina e comanda
 « ed in osservanza della nostra sopra inserta provvista, vi dicia-